

417 imp. Caes. L. Septimio Severo Pertinaci Aug. p. m., | trib. pot. III¹, imp. V², cos. II, p. p., Parthico Ara'bico et Parthico Aziabenico, d. d. p. p.

*Ammaedarae (Hidra) in Africa in arcu qui extat (VIII 506). — 1) A. 195. — 2) Eodem anno etiam sextum et septimum imperator appellatus est Severus (cf. infra N. 458), imperator octavum a. 196 (cf. X 6457, Eckhel 7, 174; Cohen² Sept. Sev. 129. 150. 432. 407 seq.). — 3) In nummis a. 195 eius Severus appellatur modo *Arabicus Adiabenicus*, modo, ut hic, *Parthicus Arabicus Parthicus Adiabenicus*.*

418 divo Nervae | atavo | imp. Caes. L. Septimius | Severus Pius | Pertinax Aug. | Arabicus Adiabenicus | pont. max., trib. pot. IIII¹, | imp. VIII, cos. II, p. p.

Romae (VI 954; Bull. com. 14 p. 92). — 1) A. 196. — Severus, cum primum Pertinacis memoriam coluissest atque ipse in honorem eius Pertinax dictus esset, postea, restituta memoria Commodi, huius fratrem et M. Aurelii filium se dici voluit, qua re omnes horum maiores, usque ad divum Nervam, sibi adoptavit. Factum id est exente ut videtur anno 195 (Eckhel 7, 175), paullo ante hunc titulum ab ipso Severo ἀρχηγέτη domus suae positum. Eodem fere tempore coepit Pius appellari (Eckhel 7, 192).

419 in h.¹ L. Septimi | Severi Pii Pertina|cis Aug., invicti imp., | et M. Aureli Anto|nini Caes., | legioni XXII Pr. p. f. | honoris virtutisq. | causa, civitas Tre|verorum | in obsidione² ab ea | defensa.

Mogontiaci (J. Keller Korrespondenzbl. d. Westdeutschen Ztschr. 1886 p. 140 cf. p. 187). Titulus positus post devictum Clodium Albinum apud Lugudunum d. 19 Febr. 197 (vit. Sev. 44), antequam Caracalla Augustus nuncuparetur, id quod factum est a. 198. — 1) In honorem. — 2) De incursione aliqua Germanorum cogitat Mommsen Korr.-Bl. l. c. p. 185.

420 imp. Caesari | divi Marci Antonini Pii | Germ. Sarm. filio, | divi Commodi fratri, | divi Antonini Pii nepoti, | divi Hadriani pronepoti, | divi Traiani Parth. abnepoti, | divi Nervae adnepoti | L. Septimio Severo Pio Pertinaci Aug. | Arab. Adiab., pont. max., | trib. pot. V¹, imp. VIII, cos. II, p. p., | col. Aelia Hadriana Augusta Formiae.

Formis (X 6079). — 1) A. 197. In eadem tribunicia potestate quinta Severus etiam nonum et decimum imperator appellatus est (Eckhel 7, 176). (Errore imp. VIII coniungitur cum trib. pot. XII III S. 6709. 6740. 6742).

421 abne]poti divi Nervae adn[ep.] | L. Septimio Severo Pio Pe[r]tinaci Aug. pontifici max[i]mo¹, Arabicu Adiabenico | Partico maximo², cos. II, procos., tribunici. pot., | imp. XI³, invicto imper., | Ferentinates no|vani devoutissimi | numini eius.

Ferentini (X 5825). — 1) Pontificis maximi vocabulum hic collocatur contra usum sollemnem, ex quo collocari debuit post Parthico maximo; id ipsum et alia in titulis Severi rara, ut tribuniciae potestatis numerus omissus, inveniuntur in titulo a vicinis Ferentinatum Anagninis eodem tempore posito X 5908 (cf. Mo. X p. 1014). — 2) Parthicus maximus reperitur appellatus Severus primum in titulis anni 198 et in nummis eodem fere tempore cisis (Eckhel 7, 178); (male sine dubio